

Alte Drucke

Digestorum Sev Pandectarvm Ivris ciuilib libri quinquaginta, ad exemplar Florentinum & Haloandrinum necnon vulgatas editiones quàm diligentissimè ...

Digesta

Justinian <Byzantinisches Reich, Kaiser>

Parisiis, 1552

DIGESTORVM SEV Pandectarum Liber XXII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden. Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-150587

cur rem vindicet. nam & si tradiderit possessionem, fuerit autem [ei] iusta causa vindicandi: * replicatione aduersus * Flo. vñ
exceptionem vtetur. dicanti.

Qui primò emit rem à non domino, præfertur ei qui secundo emit ab eodem postea facto domino, licet in secundum fuerit translatus dominium, & non in primum.

II. POMPONIVS lib. II. ex Plautio.

SI à Titio fundum emeris, qui Sempronij erat, isq; traditus tibi fuerit: precio autem soluto, Titius Sempronio hæres exstiterit, & eundem fundum Mæuius vendiderit, & tradiderit: Iulianus ait, æquius esse, priorē te tueri; quia & si ipse Titius fundū à te peteret, exceptio submoueretur: & si ipse Titius eū possideret, Publiciana peteres.

III. HERMOGENIANVS. lib. VI. Iuris epitomarum.

Exceptio rei venditæ & traditæ non tantum ei, cui res tradita est, sed & successoribus eius, & emptori secundo (& si res ei nō fuerit tradita) proderit. interest enim emptoris primi, secundo rem non euinci. pari ratione venditoris etiā successoribus nocebit: siue in vniuersum ius, siue in eam dumtaxat rem successerint.

DIGESTORVM SEV Pandectarum Liber XXII.

DE VSVRIS, ET FRVCTIBVS,
& causis, & omnibus accessionibus,
& mora. Tit. I.

I. PAPINIANVS lib. II. Questionum.



in iudicio bonæ fidei disceptatur, apud Plu-
arbitrio iudicis vsurarū modus ex tarchū in
more regionis, vbi contractum est, opusculis.
constituitur: ita tamen, vt legē * nō * Flo. legi
offendat. ¶ Socius si ideo condēn-
dus erit, quod pecuniā communem
inuaserit, vel in suos vsus cōuerterit: omnimodo, etiā mora nō inter-
ueniente, præstabitur vsuræ. Nec tamē iudex iudicij bo-
næ fi-

Vide com-
mentariū,
Quod nō
oporteat
fenerari,

ne fidei recte iubebit interponi cautiones: vt si tardius sententia condemnatus paruerit, futuri temporis pendatur vfura: cum in potestate sit actoris iudicatu exigere. **PAVLVS NOTAT.** quid enim pertinet ad officium iudicis post condemnationem futuri temporis tractatus? **PAPINIANVS.** circa tutelae restitutionem pro fauore pupillorum latior interpretatio facta est. nemo enim ambigit hodie: siue iudex accipiat, in diem sententiae: siue sine iudice tutela restituatur, in eum diem, quo restituit: vfuras praestari. plane si tutelae iudicio nolentem experiri, tutor ultro conuenerit, & pecuniam obtulerit, eamque ob signata deposuerit: ex eo tempore non praestabit vfuras.

In actionibus stricti iuris veniunt vsurae a tempore litis contestatae.

II. IDEM lib. VI. *Questionum.*

Vlgo receptum est, vt quamuis in personam actum sit, post litem tamen contestatam causa praestetur. cuius opinionis ratio redditur: quoniam quale [quidque] est, cum petitur, tale dari debet: ac propterea post ea captos fructus, partumque editum restitui oportet.

Si mora non praecedit, reus non tenetur de fructibus percipiendis intra tempus quod datur iudicatis: secus si mora iudicii praecessisset. B.

III. IDEM lib. XX. *Questionum.*

In fideicommissi persecutione, cum post iudicis sententiam moram fecisset haeres, iussit Imperator Marcus Antoninus (intermisso legitimo tempore, quod condemnatis praestatur) vt vsque ad sententiam commoda fideicommissarius accipiat. Quod decretum ita accipi oportet, si ante iudicis sententiam mora non interuenit. tam & si non facile euenire possit, vt mora non praecedente, perueniatur ad iudicem. sed puta legis falcidia rationem interuenisse. ceterum si ante quam ad iudicem perueniretur, iam mora haeres fuit: exinde fructuum praestandorum necessitate adstrictus [est: quia] qua tandem ratione, [cum ex sententia victus est, legitimi temporis spacio fructibus liberabitur] hic: cum ea temporis intercapdo iudicato dilatione dare, non lucrum adferre debeat? In his quoque iudiciis, quae non sunt arbitraria, nec bonae fidei: post litem contestatam auctori causa praestanda est in eum diem, quo sententia dicitur. Certum post rem iudicatam tempus a fructibus dependens.

**Flo. quomodo
miam &
vulg. quomodo
miam ex.*

pendendis immune est.

Quando quis rogatur restituere quicquid supererit ex hereditate: item quando dilatio gratia fideicommissarii apponitur, veniunt fructus in restitutionem. Bartolus.

¶ Nonnunquam euenit, ut quanquam fructus hereditatis aut pecuniæ usura nominatim relicta non sit, nihilominus debeatur: ut puta si quis rogetur post mortem suam, quidquid ex bonis supererit, Titio restituere. ut enim ea, quæ bona fide deminuta sunt, in fideicommissi causa non comprehenduntur*, si pro modo ceterorum quoque bonorum deminuantur: ita quod ex fructibus supererit, iure voluntatis restitui oportebit. ¶ Cum Pollidius à propinqua sua hæres institutus, rogatus fuisset, filię mulieris, quicquid ex bonis eius ad se peruenisset, cum certam ætatem puella compleisset, restituere: idque sibi mater ideo placuisse testamento comprehendisset, ne filię tutoribus, sed potius necessitudini res committerentur: eundemque Pollidiū fundum retinere iussisset: præfatis prætorij suasi, fructus, qui bona fide à Pollidio ex bonis defunctæ præcepti essent, restitui debere: siue quod fundum ei tantum prælegauerat, siue quod lubrico tutelæ fideicommissi remedium mater prætulerat.

In debito specierum non veniunt usura, nisi per venditionem species fuerint in peculium redigendæ. Bartolus.

¶ Si auro vel argento facto per fideicommissum relicto, mora interuenerit: an usurarum estimatio faciēda sit, tractari solet. Planè si materiā istā ideo reliquit, ut ea distracta pecuniæque resecta fideicommissa soluerentur, aut alimenta præstarentur: non oportere frustrationē impunitā esse responderi oportet. Quod si fortè ideo reliquit, ut his uasis uteretur: non sine rubore desiderabunt usuræ. ideoque non exigentur.

Licet in stipulatione rem dari, & in stipulatione rem tradi non veniant fructus, tamen nisi simul iungantur, fructuum ratio habetur, sed si contractus reditus præcessit: secundū illā indicatur. Bar.

III. IDEM lib. XXVI. *Quæstionum.*

SI stipulatus sis, REM DARI, VACVAMQUE POSSESSIONEM TRADI? fructus postea captos actione incerti ex stipulatu propter inferiora verba consecutum te, ratio suadet, an idem de partu ancillæ responderi possit,

Pars II. Digestorum lib. XXII. Tit. I.

possit, considerandum est. Nam quod ad verba superiora pertinet: siue factum rei promittendi, siue effectum per traditionem dominij transferendi continent: partus non continetur. verum si emptor à venditore nouandi animo ita stipulatus est: factum tradendi stipulatus intelligitur: quia non est verisimile, plus venditorem promississe, quam iudicio empti præstare compelleretur. Sed tamen propter illa verba, *VACVAMQUE POSSESSIONEM TRADI*: potest dici, partus quoque [ratione committi incerti stipulationem]. etenim ancilla tradita, partum (postea editum) in bonis suis reus stipulandi habere potuisset. ¶ Si post contractam emptionem, ante interpositam stipulationem partus editus, aut aliquid per seruuum venditori adq̃sistum est: quod ex stipulatu consequi non poterit, iudicio empti consequetur. id enim, quod non transfertur in causam nouationis, iure pristino peti potest.

* Floren.
rationem
com. incer:
stipulatioe

V. IDEM lib. XXVII. *Questionum.*

Generaliter obseruari cōuenit: bonæ fidei iudicium non recipere præstationem, quæ contra bonos mores desideretur.

Ex diuturna præstatione vsurarum præsumitur contracta obligatio super vsuris & super sorte: & quatenus est necesse ad illam præstationem redigendam, importat præstandi necessitatem. *Bar.*

VI. IDEM lib. XXVIII. *Questionum.*

Cum de in rem verso cum herede patris vel domini ageretur, & vsurarum quæstio moueretur: Imperator ideo soluendas vsuras iudicauit, quod eas ipse dominus, vel pater longo tempore præstitisset. Impator Antonin^o quoque; noster Seuerus filia Flauij Athenagoræ, cuius bona fuerant publicata, de fisco ideo numerari decies cetera dotis nomine iussit, quod ea patre præstitisse dotis vsuras allegasset.

VII. IDEM lib. II. *Responsorum.*

Debitor vsurarius creditori pecuniam obtulit, & cum eam accipere nolisset, obsequauit ac deposuit. ex eo die ratio non habebitur vsurarum. quod si postea conuentus, ut solueret, moram fecerit: nummi steriles ex eo tempore non erunt.

Ca. 39 in
frâ eodē.

VIII. IDEM lib. VII. *Responsorum.*

Equis per fideicommissum relicto, post moram fortus quoque

quoque præstabitur, vt fructus: sed foetus secundus, vt caussa, sicut partus mulieris.

Stipulatio vfurarum in eo quod est vltra legitimum modum, non valet: in alio sic. Bartolus.

IX. IDEM lib. XI. *Responsorum.*

Pecuniæ scænebris, intra diem certum debito non soluto, dupli stipulatum in altero tanto supra modum ^{† De modo} legitimæ vfuræ respondi non tenere. Quare pro modo ^{legitimo} cuiuscumque temporis superfluo detracto, stipulatio vi- ^{vfura Alex. lib.} res habebit. ^{Ab} Vfurarum stipulatio, quamvis debitor non ^{lexan.} conveniatur, committitur: nec inutilis legitimæ vfuræ sti- ^{lib.} pulatio videtur sub ea conditione concepta, SI MINOR I. ^{Gentia.} RES AD DIEM SOLVTAE NON FVERINT? ^{die. ca. 7.} non enim pœna, sed scœnus vberius iusta ratione sortis ^{circa finē.} promittitur. Si tamen post mortem creditoris nemo fuit, cui pecunia solueretur: eius temporis inculpatam esse moram constitit. Ideo si maiores vfurę prioribus petantur: exceptio doli non inutiliter opponetur.

X. PAVLVS lib. II. *Questionum.*

Partū post litem contestatam editum restituere possessor debet: quē nō deberet restituere, si cū mater peteretur, iā natus fuisset: nisi specialiter & pro hoc egisset.

Non fit compensatio damni provenientis ex culpa administratoris cum lucro proveniente ex lege vel consuetudine, licet propter ipsius contractum: sed cum proveniente ex contractu & diligentia administratoris sic.

XI. IDEM lib. XXV. *Questionum.*

Gaius Seius, qui rem publicam gerebat, scœneravit pecuniam publicam sub vfuris solitis. fuit autem consuetudo, vt intra certa tempora non illatis vfuris, graviores infligerentur. quidam debitores cessauerunt in solvendis vfuris, quidam plus intulerunt: & sic effectū est, vt omne quod vfurarū nomine cōpetebat, etiā pro his, qui cessauerāt in vfuris, suppleatur. Quæsitum est, an illud, quod amplius ex consuetudine pœnæ nomine à quibusdā exactum est, ipsi Seio proficere deberet, an reipublicæ lucro cederet: respondi. si Gaius Seius à debitoribus vfuras stipulatus esset: eas solas reipublicę præstari oportere, quæ secundum formam ab his exigi soleant, etiam si omnia nomina

mina

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. I.

mina idonea sint. quod si seruus publicus obligationem
vsurarum reipublicæ adquisit: equum est (quamuis ipso
iure vsuræ reipublicæ debeantur) tamen pro defectis no-
minibus compensationem maiorum vsurarum fieri: si nō
sit parata respublica vniuersorum debitorum fortunam
suscipere. eadem ferè in tutoribus Marcellus refert.

*Diuisa negligentia atque mora, diuidit præstationem vsurarum
& penam. Fran.*

XII. IDEM lib. IIII. Responsorum.

Seiā mutuam pecuniam accepit à Septitio. de vsuris ita
conuenit. nisi sua quaque die vsuræ superscriptæ ex-
soluerentur, vel post tertium mensem: tunc in maiores vsu-
ras Seiā teneretur: & deinceps per singulas pēiones (si
condicione data vsuræ non soluerentur) ea conditio ob-
seruaretur, donec omnis summa debita hoc nomine ex-
solueretur. quero, an hæc verba, ET DEINCEPS PER
SINGVLAS PENSIONES ([SI] CONDITIO
DATA VSVRÆ NON SOLVANTVR) EA CON-
DITIO OBSERVARETVR: eò pertineant, vt quamuis
commissa sit fortè prima stipulatio: non tamen in amplio
rem quantitatem vsurarum conueniri possit, quàm eius
pensionis nomine, quæ egressa est diem præstitutum? Pau-
lus respondit. plures conditiones continere eam stipula-
tionem, quæ de grauioribus vsuris præstādis subiecta est,
*Flo. in- id est, vt per singulas pensiones conditio spectaretur *
spectare- non illatarum suis temporibus leuiorum vsurarum. &
tur. vulg. ideo posse euitari poenam sequentium pensionum.

*Flo. in- id est, vt per singulas pensiones conditio spectaretur *
spectare- non illatarum suis temporibus leuiorum vsurarum. &
tur. vulg. ideo posse euitari poenam sequentium pensionum.
expectare- Creditor recipiendo sponte minores vsuras per longum tempus,
tur. videtur remittere maiores. Solæ etiam patientia operatur liberati-
onem à debito odioso. facit extra de censuris. c. olim.

XIII. SCAEVOLA lib. I. Responsorum.

Qui semisses vsuras promisit, per multos annos mi-
nores præstitit. hæres creditoris semisses petit. cum
per debitorem non steterit, quò minus minores soluat:
quero, an doli vel pacti exceptio obstat? respondi. si [in]
exsoluendis ex more vsuris per tanta tempora mora per
debitorem non fuit: posse secundum ea, quæ propone-
rentur, obstat exceptionem.

*Cestor non tenetur ad vsuras pro pecunia ociosa: nisi dominus cō
suerit*

suenerit fœnerare.

¶ Quæsitum est, an iudicio negociorū gestorum vel mandati pro pecunia ociosa *vsuras præstare debeat, cū domi-
nus nullam pecuniā fœnerauit? respondit. si eam pecuniā
depositam *habuisset, idque ex consuetudine mandatis se
cisset: non debere quidquam vsurarum nomine præstare. *suum.*

XIIII. PAVLVS lib. XIIII. *Responsorum.*

P Aulus respōdit mora* in soluēdo fideicomisso facta, *Flo. mo-
partus quoq; ancillarū restituendos. ¶ Hæres roga-
tus erat, post mortem suam sine reditu hæreditatem resti-
tuere. quæsitum est, an partus ancillarum etiam viuo here-
de nati, restituendi essent propter verba testamenti, qui-
bus de reditu solo deducendo testator sensit? PAVLVS
respondit. ante diem fideicommissi cedentem partus an-
cillarum editos fideicommisso non contineri. Neratius
libro primo ita refert eum, qui similiter rogatus esset, ut
mulierem restitueret, partum eius restituere cogendum
non esse: nisi tunc editus esset, cum in fideicommisso resti-
tuendo moram fecisset. neque interesse existimo, an spe-
cialiter ancilla, an hæreditas in fideicommisso sit.

*vsuræ fructuum non debentur, sicut nec vsuræ vsurarum: ne sit
accessio accessionis. Bartolus.*

XV. IDEM lib. XVI. *Responsorum respondit.*

N Eque eorum fructuum, qui post litem contestatā of-
ficio iudicis restituendi sunt, vsuras præstari oportere:
neque eorum, qui prius percepti, quasi à male fidei pos-
sessore *condicuntur.

XVI. IDEM lib. I. *Decretorum.*

L iberaltatis in rempublicam factæ vsuræ non exigū-
tur. ¶ Cum vsuræ precij fundi ab eo, qui à fisco eme-
rat, peterentur, & emptor negaret traditam sibi possessionem:
Imperator decreuit, iniquum esse vsuras ab eo exigi,
qui fructus non percepisset.

*Pro tempore, quo cucurrerunt vsuræ minores, non committitur
stipulatio de maioribus. Bar.*

XVII. IDEM lib. V. *singulari de vsuris.*

C Vm quidam cauisset, se quotannis quincunces vsu-
ras præstaturum: & si quo anno non soluisset, tūc to-
tius pecuniæ ex die, qua mutuatus est, semisses soluturum:
&

* Fl. quas.
mal. fid.

posseßori.

&

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. I.

& redditis per aliquot annos vsuris, mox stipulatio com-
missa esset: diuus Marcus Fortunato ita rescripsit. præsi-
dem provincie adi: qui stipulationem, de cuius iniquitate
questus es, ad modum iustæ exactionis rediget. hæc con-
stitutio ad infinitum * modum excedit. Quid ergo? sic tem-
peranda res est, vt in futurum dumtaxat ex die cessationis
crescat vsura.

* Flo. fi-
nitū, erat.
sed addi-
tum inter
versus, in

*Taciturnitas longi temporis tollit actionem personalem compe-
tentem ad vsuras. Fran.*

* Flo. &
vulg. gra-
tior.

¶ Diuus Pius ita rescripsit. parum iustè vsuras præteritas
petis, quas omisisse te, lōgi temporis intervalum indicat:
qui eas à debitore tuo, vt gratiosior * apud eum videlicet
esses, petendas non putasti. ¶ In tacito fideicommissio om-
ne emolumentum hæredi auferendum, & fisco præstan-
dum, diuus Pius rescripsit. ergo & vsurarum emolumen-
tum auferetur hæredi.

*Vsuræ non præstantur propter lucrum, sed propter moram: quæ
cessante non possunt peti.*

¶ Si pupillo tutorem non habenti, fideicommissum solui
non potuit: non videri morā per hæredem factam, diuus
Pius rescripsit. ergo nec ei debetur, qui quod reipublicæ
causā absuit, vel ex alia causā iusta impeditus, ex qua re-
stitutio indulgetur, petere non potuit. Quid enim potest
imputari ei, qui soluere, etiam si vellet, non potuit? Nec si-
mile videri posse, quod placuit: minoribus etiam in his
succurri, quæ non adquisierunt. vsuræ enim non propter
lucrum petentium, sed propter moram non soluentium
infiguntur.

*In contractibus bonæ fidei veniunt vsuræ ex die conuentionis:
quæ cessante veniunt ex die moræ.*

¶ Ex locato qui conuenitur: nisi cōuenerit, vt tardius pec-
uniæ illatæ vsuras deberet: non nisi ex mora vsuras præ-
stare debet. ¶ Fiscus ex suis contractibus vsuras non dat,
sed ipse accipit: vt solet à foricariis, qui tardius pecuniam
inferunt: item ex vestigalibus. Cum autem in loco priuati
successit, etiam dare solet. Si debitores, qui minores se-
missibus vsuras præstabant, fisci esse cœperunt: postquam
ad fiscum transierunt, semisses cogendi sunt præstare.
¶ Eos, qui ex administratione rerum ciuitatum cōueniun-
tur,

tur, vsuris obnoxios esse, satis notum est. Idem observatur in operum curatoribus, si pecunia apud eos remansit. Sed in ea, quam redemptoribus commiserunt: etiam si negligeriter dederint, vsura eis remittitur. hæc autem ita sunt, si nulla fraus arguitur. alioquin etiam vsuræ applicabuntur. ¶ Si dies non sit ab his, qui statuas vel imagines ponendas legauerunt, præfinitus: à præfide tempus statuendum est: & nisi posuerint hæredes, vsuras rei publicæ vsque ad tertiam centesimæ pendent.

Dies etiam incertus à principio, sed ex post facto certificatus interpellat.

XVIII. IDEM lib. III. *Responsorum.*

EViſtis agris, si initio conuenit, vt venditor precium restitueret: vsuræ quoque post euictionem præstabuntur, quamuis emptor post dominij litem inchoatam fructus aduersario restituit. Nam in commodum medij temporis emptoris damnū est. ¶ Post traditam possessionem defuncto veditore, cui successor incertus fuit: medij quoque temporis vsuræ precij, quod in causâ depositi non fuit, præstabuntur.

Non debet quis condemnari ad fructus rei, in qua fructus non cadunt: sed ad commoditatem, quæ ex ea percipitur: quia loco fructuum habetur. Bartolus.

XIX. GAIUS lib. VI. *ad legem duodecim tabularum.*

VIdeamus, an in omnibus reb⁹ petitis, in fructus quoque condemnatur possessor. quid enim, si argentum, aut vestimentū, aliāve similem rem? quid præterea, si vsum fructū, aut nudā proprietatem, cū alienus vsus fructus sit, petierit? neque enim nudæ proprietatis (quod ad proprietatis nomē attinet) fructus vllus intelligi potest: neq; vsus fructus rursus fructus elegāter cōputabitur. Quid igitur, si nuda p̄prietas petita sit? ex quo perdididerit fructuarius vsum fructū, æstimabuntur in petitione fructus. Item si vsus fructus petitus sit: Proculus ait, in fructus perceptos condemnari. ¶ Præterea Gallus Aelius putat, si vestimenta, aut scyphus petita sint: in fructu hæc numeranda esse, quod locata ea re mercedis nomine capi potuerit. ¶ Iter quoq; & actus si petitus sit: vix est, vt fructus vlli possint æstimari: nisi si quis commodum in fructibus numeraret, quod

Pars IIIL. Digestorum lib. XXII. Tit. I.

quod habiturus esset petitor, si statim eo tempore, quo petisset, ire agere non prohiberetur. quod admittendum est.

xx. PAVLVs lib. xii. ad Sabinum.

V Suras illicitas sorti mixtas, ipsas tantum non debere constare. ceterum sortem non viciare.

Qui differt solutionem ex iusta causa, non committit moram: secus si ex ficta. Bartolus.

xxi. VLPiANVS lib. xxxiii. ad edictum.

Sciendum est: non omne, quod differendi causa optima ratione fiat, moram adnumerandum. Quid enim, si amicos adhibendos debitor requirat, vel expediendo debito, *vel fideiussoribus rogandis, vel exceptio aliqua allegetur? mora [certè] facta non videtur.

*Flo. & vul. expe-
diendi de-
biti.

xxii. PAVLVs lib. xxxvii. ad edictum.

Si modò idipsum non fraudandi causa simuletur.

xxiii. VLPiANVS lib. xxxiii. ad edictum.

Sed & si reipublicae causa abesse subito coactus sit, vel defensionem sui mandare non possit, moram facere non videbitur: siue [etiam] in vinculis hostiumve potestate esse coeperit. ¶ Aliquando etiam in re moram esse discerni solet: si fortè non exstat, qui conueniatur.

xxiiii. PAVLVs lib. xxxiiii. ad edictum.

Si quis solutioni quidem moram fecit, iudicium autem saccipere paratus fuit: non fecisse videtur moram, utique si iuste ad iudicium prouocauit. ¶ Cum reus moram facit, & fideiussor tenetur. ¶ Mora videtur creditori fieri: siue ipsi, siue ei, cui mandauerat, siue ei, cui negocia eius gerebat, mora facta sit. nec hoc casu per liberam personam adquiri videtur, sed officium impleri. Sicuti cum quis furtum mihi facientem deprehendit, negotium meum agens: manifesti furti actionem mihi parat. ¶ Item cum procurator interpellauerit promissorem hominis, perpetuam facit stipulationem.

xxv. IVLiANVS lib. vii. Digestorum.

Qui scit fundum sibi cum alio communem esse: fructus, quos ex eo perceperit, inuito vel ignorante socio: non maiore ex parte suos facit, quam ex qua dominus praedij est. nec refert, ipse, an socius, an uterque eos seuerit: quia omnis fructus non iure seminis, sed iure soli perci-

Soli percipitur. & quemadmodum si totū fundum alienum quis sciens possideat, nulla ex parte fructus suos faciet, quoquo modo sati fuerint: ita qui cōmunē fundū possidet, nō faciet fructus suos pro ea parte, qua fundus ad socium eius pertinebit. ¶ In alieno fundo, quem Titius bona fide mercatus fuerat, frumētū seuit. *an Titius bonæ fidei emptor perceptos fructus suos faciat? respondi. quo ad fructus, qui ex fundo percipiūtur: intelligi debet propius eos iis *accedere, quæ serui operis suis adquirunt: quoniam in percipiendis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiūtur, quàm seminis, ex quo oriūtur, inspicitur. * & ideo nemo vnquam dubitauit, quin si in meo fundo frumētum ppius eius tuum seueris: *segetes, & quod ex messibus collectū fuerit, meum fieret. Porro bonæ fidei possessor in percipiendis fructibus id iuris habet, quod dominis prædiorum tributum est. Præterea cū ad fructuarium pertineant fructus ad quolibet sati: quanto magis hoc in bonæ fidei possessoribus recipiendū est, qui plus iuris in percipiēdis fructibus habēt: cū fructuarij quidam non fiant, ante quā ab eo percipiantur: ad bonæ fidei autem possessorem pertineāt, [si] quoquo modo à solo separati fuerint. Sic & ius, qui vctigalē fundum habet, fructus sunt, simul atque [à] solo separati sunt. ¶ Bonæ fidei emptor (seuit, &) ante quā fructus perciperet, cognouit fundum alienum esse. an perceptione fructus suos faciat, quæritur? respondi. bonæ fidei emptor, quo *ad percipiēdos fructus, intelligi debet, quandiu euictus fundus nō fuerit. nam & seruus alienus, quem bona fide emero, tamdiu mihi ex re mea, vel ex operis suis adquirat, *quandiu à me euictus non fuerit.

XXVI. IDEM lib. VI. ex Minicio.

Venationem in fructu fundi negauit esse, nisi fructus fundi ex venatione constaret.

Moram sibi commissam transmittit quis ad heredem. Bartolus.

XXVII. AFRICANVS lib. VIII. Questionum.

Cū patrifamiliās mora facta sit, iam in hærede eius non quæritur mora. nam tunc hæredi proximo iure hæreditario ea competit. *ideoque ad cæteros quoq; deinceps transmittitur.

XXVIII. GAIVS lib. II. Rerū cotidianarū sive Auyeorum.

In pe-

Pars II. Digestorum lib. XXII. Tit. I.

IN pecudum fructu etiam factus est, sicut lac, & pilus, & lana. Itaque agni, & hœdi, & vituli statim pleno iure sunt
 † *In hunc bonæ fidei possessoris & fructuarij. Partus vero ancillæ in locū Cice. fructu non est. Itaque ad dominum proprietatis pertinet. lib. I. de si. absurdum enim videbatur hominē in fructu esse, cum omni. bono. nes fructus rerum natura hominum gratia comparauerit. & malo.*

XXIX. MARTIANVS lib. XIII. *Institutionum.*
PLacuit (siue supra statutum modū quis vsuras stipulatus fuerit, siue vsurarum vsuras) quod [quidem] illicite adiectum est, pro non adiecto haberi, & licitas peti posse.

XXX. PAVLVS lib. *singulari regularum.*
Etiam ex nudo pacto debentur ciuitatibus vsuræ creditarum ab eis pecuniarum.

XXXI. VLPIANVS lib. I. *R. sponforum.*
Quod in stipulatione sic adiectum est, ET VSYRAS, SI QVAE COMPETIERINT: nullius esse momenti, si modus certus non adiiciatur.

Mora regulariter non contrahitur re ipsa, sed per interpellationem factā congruo loco & tempore: quæ an legitime facta sit, committitur iudicis arbitrio. & si remissa fuerit, tollitur mora.

XXXII. MARTIANVS lib. III. *Regularum.*
Mora fieri intelligitur non ex re, sed ex persona: id est, si interpellatus opportuno loco, non soluerit, quod apud iudicē examinabitur. Nam (vt & Pomponius libro duodecimo Epistolarum scripsit) difficilis est huius rei definitio. Diuus quoque Pius Tullio Balbo rescripsit: an mora facta intelligatur, neque constitutione vlla, neque iuris auctorum quæstione decidi posse: cum sit magis facti, quam iuris. Et non sufficit ad probationē moræ, si seruo debitoris absents denunciatum est à creditore procuratoreve eius: cum etiam si ipsi (inquit) domino denunciatum est, cæterum cum postea is sui potestatem faceret, omiſſa esset repetendi debiti instantia: non protinus per debitorem mora facta intelligatur.

Pater ex sua mora non tenetur ad vsuras. facit. l. cum filius. in prin. ius. de verborum obligatione. Bartolus.

In bonæ fidei contractibus ex mora vsuræ debentur. Quid ergo si & filius familias & pater ex persona eius teneatur (siue iussu eius contractum est, siue in rem verſum est pa-

est patris, vel in peculium) cuius persona circa morā spectabitur? & si quidem pater dumtaxat conuenitur ex mora sua: non tenetur. in filium tamen dabitur actio in hoc, vt quod* minus à patre actor consecutus est, filius præstet. Quod si filius moram fecerit: tunc actor vel cum ipso in solidum, vel cum patre dumtaxat de peculio [actionem] habebit. ¶ Sed si duo rei promittendi sint: alterius mora alteri non nocet. ¶ Item si fideiussor solus moram fecerit: non tenetur, sicuti si Stichū promissum occiderit: sed vtilis actio in hunc dabitur.

*Fl. quod

xxxiii. VIPIANVS lib. singulari de officio curatoris reip.

SI bene collocatæ sunt pecuniæ publicæ in sortem, inquietari debitores nō debent, & maximè si pariet vsuras, si non parient: prospicere reipublicæ securitati debet præses prouinciæ: dūmodo non acerbum se exactorē, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instātia humanum. nam inter insolentiam incuriosam, & diligentiam non ambitiosam multum interest. Præterea prospicere debet, ne pecuniæ publicæ credantur sine pignoribus idoneis vel hypothecis.

xxxiiii. IDEM lib. xi. ad edictum.

VSuræ vicem fructuum obtinent, & merito nō debent à fructibus separari: & ita in legatis, & fideicommissis, & in tutelæ actione, & in cæteris iudiciis bonæ fidei seruatur: hoc idē igitur in cæteris obuentionibus dicemus.

xxxv. PAVLVS lib. lvii. ad edictum.

ITE contestata vsuræ currunt.

xxxvi. VIPIANVS lib. lxi. ad edictum.

PRædiorum vrbānorum pensiones pro fructibus accipiuntur.

xxxvii. IDEM lib. x. ad edictum.

ET in contraria negotiorum gestorum actione vsuræ veniunt: si mutuatus sum pecuniam, vt creditorē tuum absoluiam, qui* aut in possessionem mittendus erat bonorū tuorum, aut pignora venditurus. quod* si domi habēs, propter eādem causam solui: puto verum, si liberaui te ex magno incōmodo, debere dici vsuras venire. eas autem, quæ in regione frequentantur, vt est in bonæ fidei iudiciis constitutum, sed si mutuatus dedi: hæc vsuræ venient, quas

*Fl. quia

*Fl. quid

Co. legens

da sequen-

tia inter-

rogatine.

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. I.

* *Fl. pra-* ipse pendo: utique si plus tibi praestauerim * *commodi;*
flari. vul. quam usurae istae colligunt.

praestiti. a- Si actione stricti iuris peto quod est, vel fuit meum, veniunt fru-
liis, pra- ctus à tempore mora. sed si peto mihi debitum, tunc à tempore con-
stitutum. testata litis, sed in actionibus bonae fidei semper veniunt à tempore
mora. Bartolus.

XXXVIII. PAULVS lib. v. ad Plantium.

V Ideamus generatim, quando in actione, quae est in per-
 sonam, etiam fructus veniant. & quidem si fundus ob
 rem datus sit, veluti dotis causa: & renunciata est adfina-
 tas, fructus quoque restituendi sunt: utique hi qui percepti
 sunt eo tempore, quo sperabatur adfinitas. sed & postero-
 res, si in re mora fuit, ut ab illo, qui reddere debet, omni-
 modo restituendi sunt. Sed & si per mulierem stetit, quod mi-
 nus nuptiae contrahantur: magis est, ut debeat fructus re-
 cipere. Ratio autem haec est: quod si sponsus non conue-
 niebatur restituere fructus, licuerat ei negligere fundum.
 ¶ Item si indebitum fundum solui, & repeto: fructus quo-
 que repetere debeo. ¶ Idemque est, si mortis causa fundus
 sit donatus, & reuauerit, qui donauerat, atque ita condi-
 ctio nascatur. ¶ In Fauiana quoque actione & Pauliana:
 per quam, quae in fraudem creditorum alienata sunt, re-
 uocantur: fructus quoque restituuntur. nam praetor id agit,
 ut perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset. quod
 non est iniquum. Nam & verbum *RESTITVAS*, quod
 in hac re praetor dixit: plenam habet significationem,
 ut fructus quoque restituantur. & ideo cum restitui praetor
 vult (veluti in interdicto *VNDE VI*) etiam fructus sunt
 restituendi. Item si vi metusve causa rem tradam: non ali-
 ter mihi restituisse videtur, quam si fructus mihi restituar:
 nec mora mea mihi aliquid aufert. ¶ Si actionem habeam
 ad id consequendum, quod meum non fuit (veluti ex stipula-
 tu:) fructus non consequar, etiam si mora facta sit. quod si ac-
 ceptum est iudicium: tunc Sabinus & Celsus ex aequitate
 fructus quoque post acceptum iudicium praestandos putant.
 ut * causa post acceptum iudicium restituatur. quod puto
 recte dici. ¶ Ex causa etiam emptionis fructus restituendi
 sunt. sed [etiam] in societatibus fructus communicandi sunt.
 ¶ Si possessione naturalem reuocem, proprietas mea ma-
 net.

* *alias,*
aut.

Iul. Pauli
lib. 3. Fa-
bia legem
vocat.

bet. videamus de fructibus. & quidē in deposito & cōmodo fructus quoque praeſtandi ſunt, ſicut diximus. ¶ In interdicto quoque QVOD VI AVT CLAM magis eſt, ut omnis cauſa & fructus reſtituatur. ¶ Ante matrimonium quoque fructus percepti dotis ſunt, & cum eo reſtituuntur. eadem ratio eſt in fructibus praeſtorum vrbanoꝝ. ¶ Item ſi diuidere tecum fundū velim, tu noliſ, & colā: an fructus diuidi debeant poſt deductionē impenſarū? & puto diuidendos. In ceteris quoque bonae fidei iudiciis fructus omnimodo praeſtantur. ¶ Si dos praelegata fuerit: ante nuptias percepti fructus in cauſa legati veniunt.

XXXIX. MODESTINVS lib. IX. *Differentiarum.*

E Quis per fidei cōmiſſum legatis, poſt moram hæredis *Cap. 8. ſu- fœtus quoque*, debentur. Equitio autem legato, etiam ſi *prae eod.* mora non intercedat, incremēto gregis fœtus accedunt.

XI. IDEM lib. IIII. *Regularum.*

I N eum diem, quo creditor pignora diſtraxit, rectē vſura fiet reputatio.

Vſura quæ currebant ante ſententiam, currunt etiam poſt eam pendente appellatione fruſtratoria: & poteſt iudex appellationis in illis condemnare.

XII. IDEM lib. III. *Reſponſorum.*

T Vtor cōdemnatus per appellationem traxerat executionē ſentētiæ. Herennius Modestinus reſpōdit. **Flo. ex- cuſationē.* eum, qui de appellatione cognouit, potuiſſe (ſi fruſtrato- riam morādi cauſa appellationem interpoſitam animadu- uerteret) etiā de vſuris medi j temporis eum condemnare.

Per oblationem parti debiti, non deſinunt currere vſura totius. intellige quod offerebat partem debiti proprietatis: ſed ſi totum, licet non vſuras, cogeretur creditor recipere. C. de ſol. l. i. in princip. coniuncto ſi. l. quod eſt contra Cy. ibi. & l. exhibitus.

¶ Lucius Titius cū centum & vſuras aliquanti tēporis deberet: minorem pecuniā, quā debebat, obſignauit. quæro, an [Lucius] Titius pecunię, quā obſignauit, vſuras præſtare nō debeat? Modestinus reſpōdit. ſi non hac lege mutua pecunia data eſſet, utliceret & particulatim quod acceptū eſt, exſoluere: nō retardari totius [eius] debiti vſurarū præſtationem, ſi (cū creditor paratus eſſet totū ſuſcipere) debitor, qui in exſolutione totius ceſſabat, ſolā par-

Pars II. Digestorum lib. XXII. Tit. I.

rem deposuit. ¶ Ab Aulo Agerio Gaius Seius mutuā quādam quātitatē accepit. hoc chirographo ille scripsit se accepisse. & accepi ab illo mutuos & numeratos decem, quos ei reddam kalendis Iuliis proximis, cum suis vsuris placitis inter nos. quæro, an ex eo instrumento vsuræ peti possint, & quæ? Modestinus respondit. si nō appareat, de quibus vsuris conuentio facta sit, peti eas non posse.

XLII. IDEM lib. XI. Responsorum.

Herennius Modestinus respondit. fructus, qui post adquisitionē ex causa fideicommissi dominiū ex terra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere: licet maior pars anni ante diem fideicommissi cedentem præterisse dicatur.

Cessionarius potest petere illud, quod poterat cedens etiam in speciali.

XLIII. IDEM lib. XVIII. Responsorum.

Herennius Modestinus respondit. eius temporis, quod cessit, post quā fiscus debitum percepit: cum, qui mandatis à fisco actionibus experitur, vsuras: quæ in stipulatum deductæ non sunt, petere posse.

XLIV. IDEM lib. X. Pandectarum.

Poenam pro vsuris stipulari nemo supra licitum modum vsurarum potest.

XLV. POMPONIUS lib. XXII. ad Q. Mucium.

Fructus percipiēdo vxor vel vir ex re sibi donata, suos facit illos tantum, quos suis operis adquisierit (veluti serendo). Nam si pomum decerpserit, vel ex silua cedit: quod ei non fit eius, sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris: stringitur. quia non ex facto eius is fructus nascitur.

facit, illos
tamē, quos
etc.

XLVI. VIPIANVS lib. LXII. ad edictum.

Quod in fructus redigendos impensum est, non ambigitur ipsos fructus deminuere debere.

XLVII. SCAEVOLA lib. IX. Digestorum respondit.

Aratum iudicium accipere, si ab aduersario cessatum est, moram facere non videri.

XLVIII. IDEM lib. XXII. Digestorum.

Marius vxori suæ vsumfructum tertiæ partis, & cum liberos habuisset, proprietatē legauit. eam vxorem heredes falsi testamenti & aliorum criminū accusauerūt. qua re impedita est legatorū petitio. Interea filius ei mulieri

lieri natus, eoque conditio legati exstitit, quæsitum est, cum testamentum falsum non esse apparuerit, an etiam fructus mulieri præstari debeant? respondit, præstandos.

F XLIX. IABOLENVS lib. III. ex posterioribus Labeo. *Ca. 71. de reg. iur.*
Fructus rei est, vel pignori dare licere.

DE NAVTICO FOENORE. Tit. II.

I. MODESTINVS lib. X. Pandectarum.



Raiecticia ea pecunia est, quæ trans mare vehitur. cæterum si eodem loco * consumatur: * *Fl. 107.*
non erit traiecticia. Sed videndum, an merces ex ea pecunia comparata, in ea causa habentur. & interest, utrum etiam ipse periculo cre-

ditoris naugent. tunc enim traiecticia pecunia fit.

Protestatio de non posse interpellare, pro interpellatione habetur.

II. POMPONIVS lib. III. ex Plantio.

L Abeo ait, si nemo sit, qui à parte promissoris interpellari traiecticia pecuniæ possit; id ipsum cõtestatione complecti debere, ut pro petitione id cederet.

III. MODESTINVS lib. IIII. Regularum.

I N nautica pecunia ex eo die periculum spectat [ad] creditorem, ex quo nauem navigare conueniat.

Pro pecunia traiecticia deberi potest usura centesima quousque periculum pertinet ad creditore, non ultra nec pro operis serui missi causa traiecticia pecunie potest deberi maior usura quàm legitima.

IIII. PAPINIANVS lib. IIII. Responsorum.

Nihil interest, traiecticia pecunia sine periculo creditoris accepta sit, an post diem præstitutum, & conditione impleta, periculum esse creditoris desierit. utrobique igitur maius legitima usura fœnus non debetur. sed in priore quidem specie semper, in altera verò discussio periculo. nec pignora vel hypothecæ titulo maioris usuræ tenebuntur. Pro operis serui, traiecticiæ pecuniæ gratia secuti, quod in singulos dies in stipulatum deductum est, ad fidem centesimæ, non ultra duplum debetur. ¶ In stipulatione fœnoris post diem periculi separatim interposita, quod in ea legitimæ usuræ decrit, per alteram stipulationem operarum supplebitur.

Quando agitur ut creditor non repetat quod dedit, existente vel

4 H iij non

non existente aliqua conditione, propter periculum quod suscepit, ad similitudinem pecunie traiectione potest stipulari ceteram resuram: & etiam ex nudo pacto debentur: nisi cadat in contractum immominatum, vel fuerit datio ob causam: qua secuta cessat repetitio.

V. SCAEVOLA lib. III. Responsorum.

Perici precium est, & si conditione quavis poenali non existente, recepturus sis, quod dederis, & insuper aliquid praeter pecuniam: si modò in aleae speciem non cadat, veluti ea, ex quibus conditiones nasci solent: ut si manumittas, si illud non facias, si non conualuero & cetera. nec dubitabis, si piscatori erogaturo in apparatus, plurimum pecuniae dederim, ut si cepisset, redderet: & athletae, unde se exhiberet, exerceretque, ut si vicisset, redderet. In his enim omnibus, & pactum sine stipulatione augendam obligationem prodest.

Perempta obligatione principali, frustra queritur hypothecaris. Bartolus.

VI. PAULUS lib. XXV. Questionum.

Foenerator pecuniam vsuris maritimis mutuum dando, quasdam merces in naui pignori accepit. ex quibus si non potuisset totum debitum exsolui: aliarum[etiam] mercium aliis nauibus impositarum, propriisque foeneratoribus obligatarum, si quid superfuisset, pignori accepit. quaesitum est. naue propria perempta, ex qua totum solui potuit, an id damnum ad creditorem pertineat, intra praestitutos dies: amissa naue: an ad ceterarum nauium superfluum admitti possit? respondi. alias quidem pignoris diminutio ad damnum debitoris, non etiam ad creditoris pertinet. sed cum traiectione pecunia ita datur, ut non alias petitio eius creditori competat, quam si salua naus intra statuta tempora peruenerit: ipsius crediti obligatio, non existente conditione, defecisse videtur. & ideo pignorum quoque persecutio perempta est etiam eorum, quae non sunt amissa. si naus intra praestitutos dies perisset: & conditionem stipulationis defecisse videri. ideoque sine causa de pignorum persecutione, quae in aliis nauibus fuerunt, quaeri. quando ergo ad illorum pignorum persecutionem creditor admitti poterit? tunc scilicet, cum conditio obligationis exstiterit, & alio casu pignus amissum fuerit, vel vilius distractum: vel si

De probationibus & præsumptionibus. 374

vel si naus postea perierit, quàm dies præfinitus periculo exactus fuerit.

VII. IDEM lib. III. ad edictum.

IN quibusdam contractibus etiam vsurę debentur, quę admodum per stipulationem. Nam si dedero decę traiectitia, vt salua naue sortem cum cæteris * vsuris recipiã: *Flo. ca. 2. dicendum est, posse me sortem cum vsuris recipere. tit.

VIII. VLPPIANVS lib. LXXVII. ad edictum.

Seruius ait, pecunię traiectitię pœnam peti non posse: si per creditorem steterit, quod minus eam intra certũ tempus præstitutum accipiat.

IX. LABEO lib. V. *παρὰ τὸν Πάυλον* à Paulo Epitomatorum.

Si traiectitię pecunię pœna (vti solet) promissa est: quãuis eo die, qui primus soluendę pecunię fuerit, nemo vixerit, qui pecuniam [eam] deberet: tamen perinde committi pœna potest, ac si fuisset hæres debitoris.

DE PROBATIONIBVS ET præsumptionibus. Tit. III.

I. PAPINIANVS lib. III. *Questionum*.

Quotiens quæreretur, genus vel gentē quis haberet, necne: eum probare oportere.

II. PAVLVVS lib. LXIX. ad edictum.

Ei incūbit pbatio, qui dicit, nō qui negat.

Tacitum fideicommissum etiam in testamento intelligitur repetitum, cum eadem persona est instituta.

III. PAPINIANVS lib. IX. *Responsorum*.

Cum tacitum fideicommissum ab eo datur, qui tam in primo, quàm in secundo testamento pro eadem parte, vel postea pro maiore hæres scribitur: probatio mutarę voluntatis ei debet incumbere, qui cōuenitur: cum secreti suscepti ratio plerumque dominis rerum persuadet, eos ita hæredes scribere, quorum fidem elegerunt.

IIII. PAVLVVS lib. VI. *Responsorum respondit*.

Emplorem probare debere, eum seruum, de quo quæratur, ante quàm emeret, fugisse.

In negatina iuris ei qui negat incumbit probatio. h. d. Bartolus. fallit in minore: vt in spe. de proba. §. probare autem. vers. negatina autem iuris.

De proba-
tionũ diui-

sioe & va-

riis pbatio-

nũ generi-

bus Quin-

til. lib. 5.

Instit. or. 2.

cap. 1.

Pars II. Digestorum lib. XXII. Tit. III.

V. IDEM lib. IX. *Responsorum.*

AB ea parte, quæ dicit aduersarii suum ab aliquo iure prohiberi esse: specialiter lege vel constitutione id probari oportere. Idemq; respondit, si quis neget emancipatione rite factam, ipsum præstare debere probationem.

* Flo. p. a-
tronum.
* debere.

VI. SCAEVOLA lib. II. *Responsorum.*

PAtronus * manifestè docere debet, * libertum in fraudem suam aliquid dedisse, vt partem eius, quod in fraudem datum esset, posset auocare.

VII. PAVLVS lib. II. *Sententiarum.*

Cum probatio prioris fugæ deficit, serui quæstioni credendum est. in se enim interrogari, non pro domino aut in dominum videtur.

Filius in dubio præsumitur esse in potestate patris: nisi contrà probetur.

VIII. IDEM lib. XVIII. *ad Plantium.*

SI filius in potestate patris [se] esse neget, prætor cognoscit, vt prior doceat filius: & quia pro pietate, quam patri debet præstare, hoc statuendum est: & quia se liberum esse quodammodo contendit. ideo enim & qui proclamat ad libertatem, prior edocere iubetur.

IX. CELSVS lib. I. *Digestorum.*

SI pactum factum sit, in quo hæredis mentio non fiat: quæritur, an id actum sit, vt ipsius dūtaxat [debitoris] * Flo. per persona artaretur? * Sed quamuis verum est, quod qui excipitur, ac non de hærede eius quoque conuenisse: peritor, vul. perso. non qui excipit, probare debet: quia plerumque tam hæreco artaret. dibus nostris, quàm nobismetipsis cauemus.

X. MARCELLVS lib. III. *Digestorum.*

Census, & monumenta publica potiora testibus esse, senatus censuit.

Ex præsentī præsumitur in præteritum.

XI. CELSVS lib. XI. *Digestorum.*

Non est necesse pupillo probare, fideiussores pro tutore datos, cum accipiebantur, idoneos non fuisse. nam probatio exigenda est ab his, quorum officij fuit prouidere, vt pupillo caueretur.

Cum eadem quantitas relinquitur in codicillis, quæ relicta fuit in testamen-

De probationibus & præsumptionibus. 575

testamento, videtur animo duplicandi relicta, nisi probetur cōtrariū.

XII. IDEM lib. XVII. *Digestorum.*

QVingenta testamento tibi legata sunt. idem * scriptū * *Flo. itē.*
est in codicillis postea scriptis. refert duplicare lega-
tū voluerit, an repetere: & an oblit⁹ se in testamē-
to legasse, id fecerit. ab vtro ergo probatio eius rei exigē-
da est? prima fronte æquius videtur, vt petitor probet,
quod intendit. sed nimirū probationes quædam [&] à reo
exiguntur, nam si creditum petatur, * ille respondeat, solu * *Flo. pe.*
tam esse pecuniam: ipse hoc probare cogendus est. & hic tant.
igitur, cum petitor duas scripturas ostendit, hæres poste-
riorem inanem esse, ipse hæres id adprobare iudici debet.

*Quando testes producti super ætate à diuersis partibus contra-
riantur, illis creditur qui verisimilia deponunt.*

XIII. IDEM lib. XXX. *Digestorum.*

Cum de ætate hominis quæreretur, Cæsar noster in
hec verba rescripsit. & durum & iniquum est, cum de
statu ætatis alicuius quæritur, & diuersæ professiones * pro- * *Cod. lib.*
feruntur: ei * potissimum stare, quæ noceat. sed causa co- *2. tit. 43.*
gnita veritatem excuti oportet: & ex eo potissimum an- *l. i.*
nos computari, ex quo præcipue fidem in ea re constare, * *Flo. ea.*
credibilis videtur.

*Ei incumbit onus probandi, qui nō est in quasi possessione illius
iuris quod asserit: quod est verum in iuribus circa personam, secus in
iuribus realibus. Bartolus.*

XIII. VLP. IANVS lib. II. *de officio consulis.*

Circa eum, qui se ex libertinitate ingenuum dicit, refe-
rendum est, quis actoris partibus fungatur. Et si qui-
dem in possessione libertinitatis fuit: sine dubio ipsum o-
portebit ingenuitatis causam agere, doceréq; se ingenuū
esse. Sin verò in possessione ingenuitatis sit, & libertinus
esse dicatur scilicet eius, qui ei controuersiam mouet: hoc
probare debet, qui eum dicit libertū suum. quid enim in-
terest, seruum quis suum, an libertū contendat? Si quis au- * *Flo. &*
tem fiducia ingenuitatis suæ vltro in se suscipiat probatio- *vul. obtem*
nes, ad hoc vt sententiam ferat pro ingenuitate facientē, *perare.*
hoc est, se ingenuū esse, vt pronuncietur: an obtemperari * * *Flo. &*
ei debeat, tractari potest. & non ab re esse opinor, morem *vulg. pro-*
ei geri probanti * se ingenuum, & sententiam secundum *bardi.*
se dan-

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. III.

se dandam: cum nulla captio iuris intercedat.

Confessio non mutat veritatem, nec nocet quod minus possis contrarium probari: & illi incumbit onus probandi qui agit, non ei qui in possessione est.

XV. MODESTINVS lib. XII. *Responsorum.*

Quidā quasi ex Seia susceptus à Caio Seio, cum Caius fratres haberet, hæreditatē Caij inuasit: & fratribus eiusdem, quasi ex mādātu defuncti. fideicommissā soluit, [&] cautionem accepit. qui postea cognito, quod filius fratris eorum non fuisset, quærebant, an cū eo de hæreditate fratris possint propter emissam ab eis manū, quasi cum filio agere? Modestinus respondit. cautione exsoluti fideicommissi statum eius, qui probari posset à fratribus defuncti filius mortuus non esse, minime confirmatū esse: sed hoc ipsum [tamen] à fratribus probari debet.

XVI. TARENTIVS CLEMENS lib. IIII.

ad leg. Iuliam & Papiam.

Etiam matris professio [de ætate] filiorum recipitur. sed & aui recipienda est.

XVII. CELSVS lib. VI. *Digestorum.*

Cum de lege Falcidia quæritur: hæredis probatio est, locum habere legem Falcidiam. Quod cum probare non potest: meritò condemnabitur.

Cum opera artificiales petuntur, possessio iuris patronatus non releuat ab onere probandi. Bartolus.

XVIII. VLPIANVS lib. VI. *Disputationum.*

Quoties operæ quasi à liberto petuntur: probationes ab eo, qui se patronum dicit, exiguntur. & ideo Iulianus scripsit: licet patronus in præiudicio possessor esse videatur: verum partibus actoris non libertum fungi debere, sed eum, qui se patronum esse contēdat. ¶ Qui dolo dicit factū aliquid [licet in exceptione:] docere debet, dolum admissum [esse.] ¶ Interrogationis factæ probationē actori imponi debere, id est ei, qui in iure interrogatū dixit respondisse, se solū hæredē esse: vel si tacuisse dicatur interrogatus, æquē tantumdē erit dicendū: imposita probatione * non ei, qui excepit, se nō respondisse, sed actori.

XIX. IDEM lib. VII. *Disputationum.*

** Flo. impositam probationem.* **I**n exceptionibus dicendum est, reum partibus actoris fungi

fungi oportere, ipsūque exceptionem velut intentionē implere. vtpote si pacti conuenti exceptione vtatur: docere debet pactum conuentum factū esse. Cū quis promissit iudicio se sisti, & reipublicæ causā abfuisse dicat, & ob id non sterisse: *vel dolo malo aduersarij factum, quod minus susteretur: vel valetudinem sibi impedimēto fuisse, vel **Flo. ste. sit.* tempestatem: probare id eum oportet. ¶ Sed & si procuratoria quis exceptione vtatur, eo quod non licuisset aduersario dare, vel fieri procuratorē: probare id oportet obiectentem exceptionē. idem erit dicendū, & si ea pecunia petatur, quæ pensata dicitur. ¶ Hoc amplius. si iudicatæ rei, vel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo, quod nunc petitur: siue in alea gestum esse contendatur: eum implere probationes oportet.

Violenta possessio non releuat possessorem ab onere probandi. cōcordat. C. eodem. l. ius eius.

XX. IULIANVS lib. XLIII. Digestorum.

Si quis liberum hominē vi rapuerit, in[ve] vinculis habuerit: is indignissimē commodum possessoris consequetur: quia probari nō poterit, hominem eo tēpore, quo primū lis ordinaretur, in libertate fuisse.

XXI. MARTIANVS lib. VI. Institutionum.

Verius esse existimo: ipsum qui agit, id est legatariū probare oportere, scisse defunctum alienam[se] rem vel obligatam legare: non heredē probare oportere, ignorasse alienam[rem] vel obligatam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.

XXII. ULPIANVS lib. I. Responsorum.

Eum, qui voluntatem mutatam dicit, probare hoc debere.

XXIII. MARTIANVS lib. singulari ad formulā hypothecariā.

An te omnia probandū est, quod inter agentē & debitorem cōuenit, vt pignori hypothecæue sit. sed & si hoc probet actor: illud quoque probare *debet, rem pertinere ad debitorem eo tempore, quo conuenit de pignore: aut[ad eum,] cuius voluntate hypotheca data est. **Flo. C. vul. implere*

XXIII. MODESTINVS lib. III. Regularum.

Si chirographum cancellatum fuerit: licet præsumptio-
ne debitor liberatus esse videtur: in eam tamen quanti-
tatem,

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. III.

tatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostendit, recte debitor conuenitur.

Ex hac. l. nota tria. Primò quòd præsumptio in genere tollitur: præsumptio in specie. Itē nota casum pro opinione quorundā in. l. nemo. infra de exceptioni. quòd dua exceptiones cōtrariæ possūt proponi in eodē iudicio: reprobata opinione D. j. in ca. nullus pluribus. de re iud. li. sexto. Tertiò nota, quòd ille qui soluit indebitum, debet probare duo, scilicet indebitum esse: & se per errorem soluisse. Bar.

XXV. PAVLVS lib. III. *Questionum.*

Cum de indebito queritur, quis probare debet, non fuisse debitum: res ita temperanda est. ut si quidem is, qui accepisse dicitur rem vel pecuniā indebitam, hoc negauerit: & ipse, qui dedit, legitimis probationibus solutionē adprobauerit: sine vlla distinctione ipsum, qui negauit sese pecuniam accepisse (si vult audiri) compellendum esse ad probationes præstandas, quæ pecuniam debitam accepit, per enim absurdum est, eum, qui ab initio negauit pecuniam suscepisse: postquam fuerit cōuictus eam accepisse, probationē non debiti ab aduersario exigere. Sin verò ab initio quidem confiteatur suscepisse pecunias, dicat autē non indebitas ei fuisse solutas: præsumptionem videlicet pro eo esse, qui accepit, nemo dubitat. Qui enim soluit, nunquā ita resupinus est, ut faciliē suas pecunias iactet, & indebitas effundat: & maximè si ipse, qui indebitas dedisse dicit, homo diligens est & studiosus paterfamiliās, cuius personā incredibile est in[eo] aliquo faciliē errasse. & ideo eū, qui dicit indebitas soluisse: compelli ad probationes, quod per dolum accipientis, vel aliquam iustam ignorantiam causam indebitum ab eo solutū[ur] & nisi hoc ostenderit, nullam eum repetitionem habere. Sin autem is, qui indebitū queritur, vel pupillus, vel minor sit, vel mulier, vel fortè vir quidē perfectæ ætatis, sed miles, vel agricultor, & forensium rerum expertus, vel aliās simplicitate gaudens, & desidia deditus: tunc eum, qui accepit pecunias, ostendere bene eas accepisse, & debitas ei fuisse solutas: & si non ostenderit, eas redhibere. sed hoc ita, si totā summam indebitam fuisse solutā is, qui dedit, contēdat. Si autē pro parte queritur, quod pars pecuniæ solutæ debita non est, vel quod ab initio quidem debitū fuerit, sed vel dissoluto debito

debito postea ignarus iterum soluit, vel exceptione tutus errore eas* pecunias dependit: ipsum hoc omnimodo ostendere, quod vel plus debito persoluit, vel iam solutam pecuniam per errorē repetita solutione dependit, vel tunc exceptione nesciens suam proiecit pecuniam: secundū generalem regulam, quæ eos, qui opponendas esse exceptiones affirmant, vel soluisse indebita contendunt, hæc ostendere exigit. ¶ In omnibus autē visionibus (quas proposuimus*) licentia concedenda est ei, cui onus probationis incumbit, aduersario suo de rei veritate iussurandū inferre, prius ipso pro calumnia iurante: ut iudex iuramenti fidem secutus, ita sententiam suam possit formare, iure scilicet referendę religionis eius* seruando. *Sed hæc ubi de solutione indebiti quæstio est.* ¶ Sin autem cautio indebitē exposita esse dicatur, & indiscretē loquatur: tunc eum, in quem cautio exposita est, compelli debitum esse ostendere, quod in cautionem deduxit: nisi ipse specialiter, qui cautionē exposuit, causas explanauit, pro quibus eandem conscripsit. *Tunc enim stare eum oportet sua confessioni: nisi euidentissimis probationibus in scriptis habitis, ostendere paratus sit, sese hæc indebitē promississe.*

Præsumptionem donationis inducunt, ratio sanguinis, taciturnitas longi temporis, & sæpius facta compensatio. & si quod istorū deficeret, secus esset: ut no. infra de adi. lega. l. libertis. §. i. ubi gl. declarat hanc legem. Bartolus.

XXVI. PAPINIANVS lib. xx. *Quæstionum.*

Procula [cū] magnæ quantitatis fideicommissum à fratre sibi debitum, post mortem eius in ratione cum hæredibus compensare vellet: ex diuerso autem allegaretur, nunquam id à fratre, quamdiu vixisset, desideratū, cū variis ex causis sæpē [in] rationem fratris pecunias ratio Proculæ soluisset: diuus Commodus, cū super eo negotio cognosceret, non admisit compensationē, quasi tacitē fideicommissum fratri fuisset remissum.

Quando quis legat alteri tanquam illi debitum: nec ut debitum petitur nisi probetur debitum, nec ut legatum si legatū erat incapax: & talis confessio debiti videtur facta in fraudem legati.

Q XXVII. SCAEVOLA lib. xxxiii. *Digestorum.*
Vi testamentum faciebat, ei, qui vsque ad certū modum

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. III.

dum capere poterat, legauit licitam quantitatem. deinde ita locutus est. Titio centum do lego, quæ mihi pertulit: quæ ideo ei non caui, quòd omnes fortunas* & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine vlla cautione. item eidem Titio reddi & solui volo de substantia mea centum quinquaginta, quæ ego ex redditibus prædiorum eius, quorum ipse fructum percepi, & distraxi: item de calendario, si qua à matre receperat Titius, in rem meam couerti. quero, an Titius ea exigere potest? respondit. si Titius supra scripta ex ratione sua ad testatorem peruenisse probare potuerit: exigi. videtur enim eo, quod ille plus capere non poterat, in fraudem legis hæc in testamento adieciisse.

Qui vult probare memoriam exstare, non habet probare diem vel consulem, sed sufficit testimonium de auditu. Item qui vult probare memoriam non exstare, probare debet quod hæc est omnium opinio, quod non exstat.

XXVIII. LABEO lib. VII. *Testamentum à Paulo epitomatum.*

SI arbiter animaduertere debeat, an operis facti memoria exstet: hoc ei querendum est, an aliquis meminerit, id opus factum esse. PAVLVS. Immo cum ab arbitro queritur, memoria facti operis exstet, nec ne: non hoc queritur, num aliquis meminerit, quo die aut quo consule factum sit: sed num hoc aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit: & ita hoc, quod Græci dicere solent *ἐνδεχόμενα*. potest enim hoc memoria teneri, non intra annum (puta) factum: cum interim nemo sit eorum, qui meminerit, quibus consulibus id viderit: sed cum omnium hæc est opinio, nec audisse, nec vidisse, cum id opus fieret, neque ex eis audisse, qui vidissent, aut audissent: & hoc infinite similiter sursum versum accideret: cum memoria facti operis non exstaret.

XXIX. SCAEVOLA lib. IX. *Digestorum.*

Imperatores Antoninus & Verus Augusti Claudio Apollinari rescripserunt in hæc verba. Probationes, quæ de filiis dantur, non in sola affirmatione testium consistunt: sed & epistolas, quæ vxoribus missæ allegantur (si de fide earum consistat) non nullam vicem instrumentorum obtinere decretum est. Mulier grauida repudiata, filium enixa absente marito, ut spurium in actis professæ est, quasi sit est,

an

an is in potestate patris sit: & matre mortua intestata, iusu eius hereditatem matris adire possit, nec ob sit professio à matre irata facta? respondit. veritati locum superfore. *Hac duo*

[xxx. IDEM lib. I. Responsorum Feste respondit.

responsa

Si ancilla fuit: ad libertatem perductam non videri, cum suis neque per fideicommissi relictis sibi probationem, nec titulis in quod alimenta sunt, ut nutrice, præstita. *Pandectis*

xxx. IDEM lib. II. Macrobio Sabino

Flo. signis

Commemorationem in chirographo pecuniarum, quæ parentibus ex alia causa deberi dicuntur, factam: vim obligationis non habere.] *seos clausa sunt. Quo*

DE FIDE INSTRUMENTORVM, *more pas-*

sim in eo
& amissione eorum. Titulus IIII.

I. PAVLVS lib. II. Sententiarum:

volumine

Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest. & ideo nec scriptam testimonia, quam personæ instrumentorum loco habentur. *signantur*
superuacua
scip-
ta. Quæ
more non

II. IDEM lib. V. Sententiarum.

perceperunt

Quicquid à fisco convenitur, non ex indice & exemplo aliquis scripturæ, sed ex authentico conveniendus est: Pand. scripta si contractus fides possit ostendi. cæterum calumniosam per Alcia scripturam vim in iudicio obtinere non convenit.* *to retule-*

Socius eiusdem criminis non potest alium socium accusare, sed rursus. vide an contra eum testificari, vide quod no. extra de testi. c. veniens. & Alciatum C. de testi. quoniam liberi. *ca. 6. li. I.*

III. IDEM lib. III. Responsorum respondit:

dispunc.

Repetita quidem die cautionem interponi non debuisse: sed falsi crimen, quantum ad eos, qui in hoc scripturam consenserunt, contractum non videri: cum inter præsentibus & convenientes res actitata sit, magisque debitor, qui vim obtineat creditor deliquerit. *nere cõ-*

Ius pignoris & hypotheca solo consensu contrahitur.

niat Ci. in

IIII. GAIVS lib. Singulari de formula hypothecaria.

oratio. pro

In re hypothecæ nomine obligata, ad rem non pertinet, quibus sit verbis: sicuti est & in his obligationibus, modo.

quæ consensu contrahuntur. & ideo sine scriptura si convenit, ut hypothecæ sit, & probari poterit: res obligata erit,

c. 4. de pi.

rit,

Pars II. Digestorum lib. XXII. Tit. v.

rit, de qua cōueniunt. sunt enim de his scripturæ, ut quod actum est, per eas facilius probari possit. & sine his autem valet, quod actum est, si habeat probationem: sicuti & nuptiæ sunt, licet testatio sine scriptis habita est.

V. CALLISTRATVS lib. II. *Quæstionum.*

SI res gesta sine literarum quoque consignatione veritate factum suum præbeat: non ideo minus valebit, quod instrumentum nullum de ea intercessit.

VI. VLPIANVS lib. I. *ad edictum.*

SI de tabulis testamenti deponendis agatur, & dubitetur, cui eas deponi oportet: semper seniores iuniori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœminæ, & ingenuum libertino præferemus.

DE TESTIBVS. Titulus V.

I. ARCADIVS qui & Charisius libro singulari de testibus.

Estimoniorum vsus frequens ac necessarius est, & ab his præcipue exigendus, quorum fides non vacillat. Adhiberi quoque testes possunt non solum in criminalibus causis, sed etiam in pecuniariis litibus, sicubi res postulat: & hi, quibus non interdicitur testimonium, nec vlla lege à dicendo testimonio excusantur. Quamquam quibusdam legibus amplissimus numerus testium definitus sit: tamen ex constitutionibus principum hæc licentia ad sufficientem numerum testium coartatur: ut iudices moderentur, & eum solum testium numerum, quem necessarium esse putauerint, euocari patiantur: ne effrenata potestate ad vexandos homines, superflua multitudo testium protrahatur.

II. MODESTINVS lib. VIII. *Regularum.*

IN testimoniis autem fides, dignitas, mores, grauitas examinanda est. & ideo testes, qui aduersus fidem testationis suæ vacillant, audiendi non sunt.

III. CALLISTRATVS lib. III. *de cognitionibus.*

Testium fides diligenter examinanda est, ideoque in persona eorum exploranda erunt. in primis cōditio cuiusque: utrum quis decurio, an plebeius sit: & an honestæ & inculpatae vitæ, an verò quis notatus & reprehensibilis: an locuples, vel egens sit, ut lucri causa quid facile admittat.

* In hunc locum Cic. in ora. pro Falcio & in ora. pro

admittat: vel an ei inimicus sit aduersus quē testimonium *Fla. Quē*
 fert: vel amicus ei, pro quo testimonium dat. Nam si careat *tit. li. 5. i.*
 suspitione testimonium vel propter personam, à qua fer- *sti. orato.*
 tur, quod honesta sit: vel propter causam, quod neque lu- *ca. i. Val.*
 cri, neq; gratie, neq; inimicitiae causa fiat: admittendum*. *Max. lib.*
 est. Ideoque diuus Hadrianus Viuius Varo legato prouin- *8. capi. 5.*
 cia Cilicie rescripsit: cum, qui iudicat, magis scire posse, ** Flo. &*
 quāta fides habenda sit testibus. Verba epistolae hae sunt. *vul. admit-*
 Tu magis scire potes, quanta fides habenda sit testibus. *tendus.*
 quin & cuius dignitatis, & cuius existimatiois sint: & qui
 simpliciter visi sunt dicere, vtrum vnum eundemque prae-
 meditatum* sermonem attulerint: an ad ea, quae interro- ** Floren.*
 gaueras, ex tempore verisimilia responderint. ¶ Eiusdem *meditatu.*
 quoque principis exstat rescriptum ad Valerium Verum
 de excutienda fide testium in haec verba. Quae argumēta,
 ad quē modum, probandae cuique rei sufficiant: nullo cer-
 to modo satis definiri potest. Sicut non semper, ita saepe
 sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehen-
 ditur: alias numerus testium, alias dignitas & auctoritas,
 alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua qua-
 rit, fide. hoc ergo solū tibi rescribere possum summatim:
 non utiq; ad vnam probationis specie cognitionē statim
 alligari debere, sed ex sententia animi tui te existimare
 oportere, quid aut credas, aut parū probatū tibi opineris.
 ¶ Idem diuus Hadrianus Iunio Rufino proconsuli Ma-
 cedoniae rescripsit, testibus se, non testimoniis crediturū.
 Verba epistolae ad hanc partē pertinentia hae sunt. Quod
 crimina obiecerit apud me Alexander Apro, & quia non
 probabat, nec testes producebat, sed testimoniis uti vole-
 bat, quibus apud me locus non est: (nā ipsos interrogare
 soleo) ipsum* remisi ad prouincię praesidem, ut is de fide ** Floren.*
 testium quæreretur: & nisi impleisset, quod intendebat, re- *& vulg.*
 legaretur. ¶ Gabinio quoque Maximo in haec verba idem *quem.*
 princeps rescripsit. Alia est auctoritas praesentium testium,
 alia testimoniorum, quae recitari solent. tecum ergo deli-
 berā, ut si detinere eos velis des eis impendia. ¶ Lege Iu-
 lia de vi cauetur, ne hac lege in reum testimonium dicere
 liceret ei, qui se ab eo parētē eius liberauerit: quīve im-
 puberes erūt: quique iudicio publico damnatus erit, qui eo-

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. v.

rum in integrum restitutus non erit: quive in vinculis, eū
stodiāve publica erit: quive ad bestias, vt depugnet, se lo-
caverit: quāue palam quæstum faciat, feceritve: quive ob
testimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam ac-
cepisse iudicatus vel conuictus erit. nam quidam propter
reuerentiam personarum, quidam propter lubricum con-
siliij sui, alij verò propter notam & infamiam vitæ suę, ad-
mittendi non sunt ad testimonij fidem.

*In his qua spectant ad litis ordinationem, debemus inspicere con-
suetudinem loci vbi agitur: vt hic, & C. de iura. ca. l. ii. circa finem.
secus in iis qua pertinent ad litis decisionem. dixi in l. fundus, su-
pra de euit. & in l. i. supra de iuris. Bartolus.*

¶ Testes non temere euocandi sunt per longum iter: &
multo minus milites auocandi sunt à signis, vel muneribus,
perhibendi testimonij causa. idque diuus Hadrianus
rescriptit. Sed & diui fratres rescripserunt. Quod ad te-
stes euocandos pertinet: diligentia iudicantis est explo-
rare, quæ cōsuetudo in ea puincia, in qua iudicat, fuerit.
nam si probabitur, sæpe in aliam ciuitatem testimonij gra-
tia plerosque euocatos: non est dubitandum, quin euocā-
di sint, quos necessarios in ipsa cognitione deprehenderit,
qui iudicat.

IIII. PAVLVVS lib. II. ad legem Iuliam & Papiam.

LEge Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne invito
denuncietur, vt testimoniū litis dicat aduersus socerū,
generū, vitricum, priuignū, sobrinū, sobrinā, sobrinō-
[ue] natum, eosve, qui priore gradu sint. itē ne liberto ip-
sius liberorum [ue] eius, parentū, viri, vxoris. itē patroni,
patronæ. Et vt nec patroni, patronæ uē aduersus liberos:
neq; liberti aduersus patronū cogātur testimoniū dicere.

V. CAIVS lib. IIII. ad legem Iuliam & Papiam.

IN legibus, quibus excipitur, ne gener aut socer inuitus
testimonium dicere cogatur: generi appellatione spon-
sum filia quoq; contineri placet: itē soceri, sponsæ patrē.

VI. LICINNIVS RVFINVS lib. II. Regularum.

IDonei non vidētur esse testes, quibus imperari potest,
vt testes fiant.

VII. MODESTINVS lib. III. Regularum.

Serui responso tunc credendum est, cū alia probatio
ad

ad eruendam veritatem non est.

VIII. SCAEVOLA lib. III. *Regularum.*

Inviti testimonium dicere non coguntur senes, valetudinarii, vel milites, vel illi, qui cum magistratu reipublicæ causæ absunt, vel quibus venire non licet.

IX. PAVLVS lib. I. *ad Sabinum.*

Testis idoneus pater filio, aut filius patri non est.

X. POMPONIVS lib. I. *ad Sabinum.*

Nullus idoneus testis in re sua intelligitur.

XI. IDEM lib. XXXIII. *ad Sabinum.*

Ad fidem rei gestæ faciendam etiam non rogatus testis intelligitur.

XII. VLPIANVS lib. XXXVII. *ad edictum.*

Vbi numerus testiū non adiicitur, etiā duo sufficient. pluralis enim locutio duorum numero cōtēta est.

Nota quod causa evitanda absurditatis debet fieri extensio legis ad casum non expressum, habentem similem rationem. Barto.

XIII. PAPINIANVS libro primo *de adulteriis.*

Questum scio, an in publicis iudiciis calumniæ damnari, testimoniū iudicio publico perhibere possint? sed neque lege Rhemmia prohibentur: & lex Iulia de vi, & repetundarum, & peculatus, eos homines testimonium dicere non vetuerunt. verumtamē quod legibus omissum est, non omittetur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonij fidem, quod integre frontis homo dixerit, perpendere.

XIII. IDEM lib. *singulari de adulteriis.*

Scio quidem tractatum esse, an ad testamentum faciendum adhiberi possit adulterij damnatus. Et sanē iustē testimonij officio interdictum ei *existimo. Ergo neq; iure ciuili testamentū valere, ad quod huiusmodi testis processit: neque iure prætorio, quod ius ciuile subsequitur: ut neq; hereditas adiri, neq; bonorū possessio dari possit. **Floren. Et vulga. ei interdictum. Exbo.*

XV. PAVLVS lib. III. *Sententiarum.*

Repetundarum damnatus, nec ad testamentū, nec ad testimonium adhiberi potest. ¶ Hermaphroditus an ad testamentum adhiberi possit, qualitas incalescentis sexus ostendit. *Stimo ex- go. alias interdicti.*

XVI. IDEM lib. V. *Sententiarum.*

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. V.

*Flo. fal
so vel va-
rio.

Qui falsa vel varia* testimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt: à iudicibus competèter puniuntur.

XVII. VLPPIANVS lib. singulari & regularum.

Pater & filius, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt: testes vtrique in eodem testamento, vel eodè negotio fieri possunt: quonià nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi.

XVIII. PAVLVVS lib. II. de adulteriis.

* At Cel-
lius lib. 6.

Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem: colligitur etià ea. 7. illis mulieres in iudicio testimonij dicendi * ius habere.

verbis, Im

XIX. VLPPIANVS lib. VIII. de officio proconsulis.

Inuiti testimonium non dicunt publicani. item is, qui non detrectandi testimonij causa aberit. item is, qui quid exercitui præbendum conduxerit. Sed nec pupillis testimonium denunciari potest.

significari

mulierib⁹

ius dicendi

testimonij

non fuisse,

ex eo quod

lege Hora

tia Tarra

tia pluri

mi illati

sunt hono

res, inter

quos testa

bilis ut ef

set. Quo

verbo di

cendi testi

monij ius

intelligi

tur. Nam

contrariū

est in ver

bis xii. ta.

XX. VENVLEIVS lib. II. de iudiciis publicis.

In testimonium accusator citare non debet eum, qui in iudicio publico reus erit, aut q minor viginti ànis erit.

non fuisse,

ex eo quod

lege Hora

tia Tarra

tia pluri

mi illati

sunt hono

res, inter

quos testa

bilis ut ef

set. Quo

verbo di

cendi testi

monij ius

intelligi

tur. Nam

contrariū

est in ver

bis xii. ta.

XXI. ARCADIVS qui & Charisius lib. singulari de testibus.

O b carnè famosum damnatus intestabilis fit. Illud quoq; incunctabile est, vt si res exigat, non tantum priuati, sed etiam magistratus (si in presenti sint) testimonium dicant. Item senatus celsit, prætorem [quoq;] dare debere testimonium in iudicio adulterij causa.

¶ Si ea rei conditio sit, vbi harenarium testè, vel similem personam admittere cogimur: sine tormentis testimonio eius credendum non est.

¶ Si testes omnes eiusdem honestatis & estimationis sint, & negocij qualitas ac iudicis mot⁹ cū his cōcurrat: sequenda sunt omnia testimonia. Si verò ex his quidam eorum aliud dixerint (licet impari numero) credendum est, sed quod naturę negocij conuenit, & quod inimicitie aut gratie suspitione caret: confirmabitq; iudex motū animi sui ex argumētis & testimoniis, & quę rei aptiora, & vero proximiora esse cōpererit. Nō enim ad multitudinē respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia, quibus potius lux veritatis adfuit.

¶ Si ea rei conditio sit, vbi harenarium testè, vel similem personam admittere cogimur: sine tormentis testimonio eius credendum non est.

¶ Si testes omnes eiusdem honestatis & estimationis sint, & negocij qualitas ac iudicis mot⁹ cū his cōcurrat: sequenda sunt omnia testimonia. Si verò ex his quidam eorum aliud dixerint (licet impari numero) credendum est, sed quod naturę negocij conuenit, & quod inimicitie aut gratie suspitione caret: confirmabitq; iudex motū animi sui ex argumētis & testimoniis, & quę rei aptiora, & vero proximiora esse cōpererit. Nō enim ad multitudinē respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia, quibus potius lux veritatis adfuit.

¶ Si ea rei conditio sit, vbi harenarium testè, vel similem personam admittere cogimur: sine tormentis testimonio eius credendum non est.

XXII. VENVLEIVS lib. II. de officio proconsulis.

Curent

CVrent magistratus cuiusque loci testari volentibus, & seipſos, & alios testes vel ſignatores præbere: quò facilius negotia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit.

XXIII. ID EM lib. I. de iudiciis publicis.

PRoduci teſtis is non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit.

XXIII. PAULVS lib. V. Sententiarum.

TEſtes eos, quos accuſator de domo produxerit, interrogari non placuit.

XXV. ARCADIVS qui & CHARISIVS lib. ſing. de teſtib.

MAndatis cauetur, vt præſides attendant, ne patroni in cauſa, cui patrociniū præſtiterūt, teſtimonium dicāt. quod & in exſecutoribus negotiorū obſeruādū eſt.

DE IURIS ET FACTI

ignorantia. Titulus VI.

I. PAULVS lib. XLIII. ad ediſtum.

Ignorantia vel facti vel iuris eſt. nā ſi quis neſciat deceſſiſſe eum, cuius bonorum poſſeſſio deferretur: non cedit ei tempus. ſed ſi ſciat quidem defunctum eſſe cognatum, neſciat autē proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem ſibi deferri: aut ſe ſciat ſcriptum hæredem, neſciat autem, quod ſcriptis hæredibus bonorum poſſeſſionem prætor promittit: cedit ei tempus, quia in iure errat. Idem eſt ſi frater conſanguineus defuncti credat matrem potiore eſſe. ¶ Si quis neſciat ſe cognatum eſſe: interdum in iure, interdū in facto errat. nam ſi & liberum ſe eſſe, & ex quibus natus ſit, ſciat, iura autem cognationis habere ſe neſciat: in iure errat. at ſi quis fortè expoſitus, quorum parentū eſſet, ignoret: fortasſe & ſeruiat alicui, putant ſe ſeruum eſſe: in facto magis, quàm in iure errat. ¶ Item ſi quis ſciat, alij quidem bonorum poſſeſſionem delatam eſſe, neſciat autem ei tēpus præteriſſe bonorum poſſeſſionis: in facto errat. Idē eſt, ſi putet eum bonorum poſſeſſionem accepiſſe. ſed ſi ſciat eum non petiſſe, tēpusq; ei præteriſſe, ignoret autem ſibi ex ſucceſſorio capite bonorum poſſeſſionem cōpetere: cedit ei tempus, quia in iure errat. ¶ Idem dicemus, ſi ex aſſe heres inſtitutus, non putet ſe bonorum poſſeſſionem

Pars IIII. Digestorum lib. XXII. Tit. VI.

sessionem petere posse ante apertas tabulas. quod si ne-
sciat esse tabulas: in facto errat.

II. NERATIVS lib. V. *Membrarum.*

IN omni parte error in iure non eodem loco, quo facti
ignorantia, haberi debet: cum ius finitum esse & pos-
sit & debeat, facti interpretatio plerumque etiam pruden-
tissimos fallat.

III. POMPONIVS lib. III. *ad Sabinum.*

Purimum interest, utrum quis de alterius causa & fa-
cto non sciat, an de iure suo ignoret. sed Cassius igno-
rantiam Sabinum. ita accipiendam existimasse refert, non
deperditi & nimium securi hominis.

IIII. IDEM lib. XIII. *ad Sabinum.*

Iuris ignorantia in usucapione negatur prodesse, facti
verò ignorantiam prodesse constat.

V. TERENCEIVS CLEMENS lib. II. *ad leg. Iuliam & Pa-*

Iniquissimum videtur, cuiquam scientiam alterius, quā
suam, nocere: vel ignorantiam alij profuturam.

VI. VLPPIANVS lib. XVIII. *ad legem Iuliam & Papiam.*

Nec supina ignorantia ferenda est facti ignorantis, ut
nec scrupulosa inquisitio exigenda. Scientia enim hoc mo-
do aestimanda est: ut neque negligentia crassa, aut nimia se-
curitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigat.

VII. PAPINIANVS lib. XIX. *Questionum.*

Iuris ignorantia non prodest adquirere volentibus, su-
um verò petentibus non nocet.

VIII. IDEM lib. I. *Definitionum.*

Error facti ne maribus quidem in damnis vel compen-
diis obest: iuris autem error nec foeminis in compen-
diis prodest. ceterum omnibus iuris error in damnis amit-
tendū rei suae non nocet.

IX. PAVLVS lib. singulari *de iuris & facti ignorantia.*

Regula est. iuris quidem ignorantiam cuique nocere,
facti verò ignorantiam non nocere. Videamus igitur,
in quibus speciebus locum habere possit: ante praemisso,
quod minoribus viginti quinque annis ius ignorare permittitur
est. quod & in foeminis in quibusdam causis propter sexum infir-
mitate dicitur. & ideo, si ubi non est delictum, sed iuris igno-
rantia: non laeditur. ¶ Hac ratione si minor viginti quin-
que

que annis filiofamiliās crediderit: subuenitur ei, vt nō videatur filiofamiliās credidisse. ¶ Si filiusfamiliās miles à commilitone hères institutus, nesciat sibi etiam sine patre licere adire: per constitutiones principales ius ignorare potest. & ideo dies ei actionis cedit. * ¶ Sed facti ignorantia ita demū cuique non nocet, si non ei summa negligentia obiiciatur. Quid enim si omnes in ciuitate sciant, quod ille solus ignorat? Et rectè Labeo definit, scientiam neque curiosissimi (neque negligentissimi) hominis accipiendam; verū eius, qui eam rem diligenter inquirēdo, notam habere possit. ¶ Sed iuris ignorantia non prodesse, Labeo ita accipiendum existimat: si iurisconsulti copia habeat, vel sua prudentia instructus sit: vt cui facile sit scire, ei detrimento sit iuris ignorantia. quod rarò accipiendum est. ¶ Qui ignorauit venditorem rei dominum esse: plus in re est, quā in existimatione mētis. & ideo tametsi existimet se nō à domino emere; tamen si à domino ei tradatur, dominus efficitur. ¶ Si quis ius ignorās, lege Falcidia vsus nō sit: nocere ei, dicit epistola diui Pij. Sed & imperatores Seuerus & Antoninus in hæc verba rescripserūt. Quod ex causā fideicommissi indebitum datum est, si non per errorē solutū est, repeti nō potest. Quamobrē Cargiliani hæredes, qui cū ex testamento eius pecuniā ad opus aquæ ductus reipublicæ Cyrtensium relictam soluerint: non solū cautiones non exegerunt, quæ interponi solent, vt quod amplius cepissent municipes, quā per legē Falcidiam licuisset, redderent: verum etiam stipulati sunt, ne ea summa in alios vsus conuerteretur, & scientes prudentesque passi sunt eam pecuniam in opus aquæ ductus impendi: frustra postulant reddi sibi à republica Cyrtensium, quasi plus debito dederint: cū sit vtrumque iniquum, & pecuniam, quæ ad opus aquæ ductus data est, repeti: & rempublicam ex corpore patrimonij sui impendere in id opus, quod totum alienæ liberalitatis gloriam repræsentet. Quod si ideo repetitionem eius pecuniæ habere credunt quod imperitia lapsi, legis Falcidiæ beneficio vti non sint: sciant ignorantiam facti, non iuris prodesse: nec stultis solere succurri, sed errantibus. ¶ Et licet municipum mentio in hac epistola fiat: tamen & in qualibet persona

* *ul. G.
Haloan.
non cedit.*

Pars II. Digestorum lib. XXIII. Tit. I.

idem obseruabitur. sed nec quod in opere aequè ductus re-
 licta esse pecunia proponitur, in huc solum casum cessare
 repetitionem, dicendum est. nam initium cōstitutionis ge-
 nerale est. demonstrat enim, si non per errorē solum sit
 fideicommissum, quod indebitum fuit, non posse repeti.
 Item & illa pars aequè generalis est: vt qui iuris ignoran-
 tia legis Falcidię beneficio vsi non sint, possint* repetere,
 vt secundum hoc possit dici: etiam si pecunia, quæ per fi-
 deicommissum relictā est, quæque soluta est, non ad aliquid
 faciendum relictā sit: & licet consumpta nō sit, sed exstet
 apud eum, cui soluta est: cessare repetitionem.

* Pl.
 Haloan.
 nec possit.

X. PAPINIANVS lib. VI. Responsorum.

Impubes sine tutore agentes, nihil possē de facto vel
 de iure scire intelliguntur.

DIGESTORVM SEV PAN-
 dectarum Liber viceſimus tertius.

DE SPONSALIBVS.† Titu. I.

I. FLORENTINVS lib. III. Institutionum.

† De iure
 & more
 veterum
 sponsalio-
 rū Gel. li.
 4. cap. 4.
 Boeth. in
 Top.



SPONSALIA sunt, mentio & repro-
 missio futurarum nuptiarum.

II. VLPPIANVS lib. singulari
 de sponsalibus.

Sponsalia autē dicta sunt à spōdē-
 do. nā moris fuit veteribus stipu-
 lari, & spondere sibi vxores futuras.

III. FLORENTINVS lib.
 III. Institutionum.

Vnde & sponsi sponsæque appellatio nata est.
 Contrahuntur sponsalia nudo consensu inter præsentes, vel
 inter absentes per epistolam. Bal.

IIII. VLPPIANVS lib. xxxv. ad Sabinum.

Sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia.
 Denique constat & absenti absentem desponderi pos-
 se, & hoc cotidie fieri.

V. POMPONIVS lib. xvi. ad Sabinum.
 Accita, si scientibus his, qui absunt, sponsalia fiant:
 aut si